



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Quæstio quarta. Vtrum intellectus & voluntas sint eadem potentia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

## Lib. I. Distinctio III.

tellectus autem agens est aliquid simpliciter supremum inter partes animae, & ideo inconveniens est ipsum secludere ab imagine, secluderetur autem nisi teneret locum memorie. Ergo &c.

7 Istud autem videtur valde extortum, scilicet quod intellectus agens vocetur memoria, & applications extorte, quia licet utraque, scilicet memoria & intellectus agens continet species aequiuoce, tamen quia intellectus agens continet solum virtualiter & effectiviter, memoria autem continet eas formaliter & se habet ad eas subiecti, propter quod licet continere vtrunque dicatur, nomen tamen vnius transferatur ad alterum aequiuoce, quomodo facile est nomen vnius alteri imponere.

8 Item imago non solum ponitur quantum ad has potentias in homine sed in angelo. In angelo autem non ponimus intellectum agentem qui teneat locum in memoriis, ergo nec in homine.

9 Secundum etiam motuum non valet quia nondum est certum quod intellectus agens inter partes animae teneat superius locum vel aliquem locum. Ne Augustinus vnuam fecit de eo mentionem nec sub isto nomine nec sub alio, quia ut appetit in pluribus locis de trinitate ipse non potuit in superiori parte animae (quam mentem vocat) nisi memoriam intelligentiam & voluntatem, per quorum nullum vnuam intellectum agentem.

10 Alius modus dicendi est quod memoria & intelligentia sunt realiter una & eadem natura absoluta sub diuersis officiis & actibus qui sunt tenere speciem vel habitudinem cognoscere, & vt speciebus & actualiter cognoscere, quod patet quia eiusdem potentie est habere habitum & vt habere & non alterius, eisdem ergo aliter potentie est habere speciem vel habitualiter cognoscere & vt specie seu actualiter cognoscere, sed primus pertinet ad memoriam, secundum vero ad intelligentiam, ergo memoria & intelligentia sunt una natura & una potentia quoad illud quod absolute dicuntur. Quod autem haec diuersitas actuum vel officiorum sufficit ad diuersitatem partium imaginis de clarata sic secundum potentias ut sunt sub actibus attendit imago maxime & non secundum potentias nudas nisi secundum quid & imperfekte. Sed esto quod sit una natura cuius sunt duo officia vel actus, ipsa ramen haberet duos respectus subordinatos secundum ordinem & originem actuum. Pluralitas autem respectu ordinatorum in eadem natura maximè reprezentat diuinam trinitatem in qua est una natura absoluta sub respectibus originis. Et ideo talis pluralitas respectus sufficit ad pluralitatem partium imaginis. Sic ergo patet quod memoria & intelligentia sunt una natura absoluta quae dicitur memoria ut tenens speciem vel habens habitum, & dicitur intelligentia ut est eiusdem actum.

11 AD PRIMUM argumentum dicitur quod a memoria oritur intelligentia non secundum id quod sunt una natura, sed secundum actus a quibus denominantur, quorum vnu ex necessitate supponit alterum sicut actum intelligere supponit habitualiter intelligere, vel habere speciem secundum illos qui ponunt speciem in intellectu ad aliud pater solutio ex iam dictis.

Q V A E S T I O . Q U A R T A .  
Vtrum intellectus & voluntas sint  
eadem potentia.  
Thom. I. p. q. 79. q. 7.

A Secundum sic proceditur. Et videtur quod intellectus & voluntas sint eadem potentia. Primo sic, illae potentiae sunt una & eadem, quarum vnu & idem est obiectum, sed intellectus & voluntatis est vnu & idem est obiectum, ergo intellectus & voluntas sunt vna & eadem potentia. Maior videtur manifesta, quia potentiae distinguuntur secundum distinctionem obiectorum, minor probatur, quia illud idem quod apprehendit intellectus, hoc vult voluntas & non aliud, ergo in idem subiectum fertur vtrumq. Et si dicatur quod idem est obiectum voluntatis & intellectus, sed sub alia ratione, quia est obiectum voluntatis sub ratione boni, intellectus autem sub ratione enatis vel veri, que diuersitas rationis in obiecto sufficienter arguit diuersitatem realem in potentia. Idem enim lac est

## & Quæstio. IIII.

26

objectum vnius inquantum album, & gustus inquantum dulce. Et similiter videtur in propofito esse. Contra rationes obiectorum per quas diuersificantur potentiae sunt rationes reales quas distinctiones indicant nec una includit aliam, & non sunt rationes nominum tantum sicut patet in exemplo posito de albedine & de dulcedine lactis, differunt enim realiter nec una includit alteram. Rationes autem quas format intellectus ex diuersis habitudinibus rerum sunt rationes nominum, eo quod secundum ipsas eidem rei imponuntur diuersa nomina. Et iste non diuersificatur per potentias, quia cum possunt esse quasi infinita sicut nobis indeterminate sunt, sequeretur quod essent quasi infinitae potentiae, vel saltem nobis indeterminate, quod videtur falsum. Rationes autem boni, entis & veri sunt rationes nominum tantum. In re enim idem est entitas, bonitas & veritas, sed intellectus apprehendens eandem rem secundum se vel in comparatione ad intellectum aut ad aliam rem imponit ei diuersa nomina scilicet entis, veri & boni, ergo cum iste sint diuersae rationes nominum tantum non possunt arguere diuersitatem potentiarum. Item appetitus sensitivus non differt a potentia sensitiva, ergo nec appetitus intellectus qui est voluntas differt ab intellectu, consequentia patet per simile, probatio antecepit, quia si appetitus sensitivus differeret a sensu cum non differaret ab eo quo ad subiectum, sed sint in eodem subiecto, ut patet in libro de Anima, sequeretur quod tot essent appetitus sensitivus quoniam sunt potentiae sensitivae, quia ad solam apprehensionem cuiuslibet potentiae sensitivae sequeretur propria delectatio vel tristitia quae sunt actus appetitus, hoc autem non dicimus, ergo, &c. Item delectatio est actus appetitus, sed omnis potentia cognitiva delectatur in actu & obiecto sibi conuenienti, ergo omnis potentia cognitiva est essentialiter appetitus.

2. cap. 3.

4 IN CONTRARIUM est Philosophus. de Anima, qui distinguit appetitum contra sensum, & intellectum, in hoc manifeste inuenis appetitum sensitivum esse aliud potentiam a sensu, & intellectuum (que dicitur voluntas esse) aliud potentiam ab intellectu.

Cap. 3.

5 R E S P O N S I O . omnes communiter dicunt quod voluntas est alia potentia ab intellectu, quoniam autem sit alia est duplex modus dicendi. Vnus est quod intellectus & voluntas differunt realiter non solum respectibus, sed absoluто, cuius ratio est duplex.

6 Prima est quod potentia dicit principium actus, sed solum respectus non potest actuum principiare, ergo que sunt principia diuersorum actuum non differunt solum secundum respectum, sed per aliquid absolutum. Intellectus autem & voluntas sunt principia diuersorum actuum qui sunt intelligentiae & velles, ergo, &c.

7 Secunda est quia si sola diuersitas respectuum sufficeret ad diuersitatem potentiarum tunc sicut intellectus & voluntas sunt due potentiae propter duos respectus ad duos actus, ita memoria & intelligentia essent due potentiae propter duos respectus ad duos actus, qui sunt habere speciem, & intelligere.

8 Hoc autem non dicimus, ergo, &c. Alius modus dicens est qui videtur mihi probabilior quod vna res absoluta siue essentia animae, siue aliquid additum essentiae, ut versus credo, est intellectus & voluntas habentes rationem duorum potentiarum propter hoc quod est principium duorum actuuum subordinatorum qui sunt intelligere & volle. Ita quod intellectus & voluntas in nullo absoluto differunt, sed solum per respectum ad diuersos actus.

9 Confirmatur autem hæc opinio rationibus & auctoritatibus. Prima ratio talis est, nos distinguimus duplices appetitus naturalem qui non sequitur aliquam cognitionem, & animaliem qui sequitur cognitionem comprehendendam de sub animali appetitum sensitivum & intellectuum. Ex hoc sic arguitur, appetitus naturalis non differt per essentiam a natura quæ sequitur sicut appetitus materie non differt a materia, & appetitus grauitatis non differt a gravitate, ergo appetitus animalis siue sensitivus siue intelligentius qui dicitur voluntas, non differt naturaliter a potentia cognitiva, quæ sequitur. antecedens pater, consequentia vero tenet per simile.

10 Ad hoc respondet quod non est simile de appetitu naturali & de appetitu cognitivo, quia ad perfectionem

D 2 actum

### Magistri Durandi de

actum plura requiruntur q̄ ad imperfectiorē. Et quia appetere perfectior actus est in cognoscitibus q̄ in rebus naturalibus, ideo nō oportet si forma naturalis sufficiat ad principiandum talem actum in naturalibus, q̄ potentia cognitiva sufficiat ad principiandum perfectiore actum, sed oportet addere specialem potentiam appetitivam.

11. Sed istud nō valet, quia ad perfectiore actum sufficit perfectius principiū proportionatū, nec oportet pluriflare principia. Sicut autē appetere in cognoscitibus est perfectior actus q̄ fit actus appetitus purē naturalis, sic natura cognitiva perfectior est quam nō cognitiva, propter quod si vna sufficiat ad principiandum actum suum fine alio addito, eadem ratione & altera.

12. Secunda ratio talis est, frustra ponuntur plura vbi vñ sufficiat. Sed vna natura absoluta sufficit ad principiandum cognoscere & appetere, ergo frustra ponerentur plures naturae & absolute quarā vna esset cognitiva & altera appetitiva. Minor probatur, quia actus differentes & subordinati possunt esse ab eodem principio absoluto. Sicut ab eodē lumine solis est illuminatio & calefactio actis, nūc est ita q̄ cognoscere & appetere sunt duo actus genere differentes & subordinati ad inuiticem, quia appetere sensitiū & intellectiū supponunt cognoscere, ergo possunt esse ab eodem principio absoluto.

13. Tertia ratio talis est, omnis virtus nō cognoscens fertur in obiectum suū naturaliter & nō liberē, sed voluntas in eligendo fertur in obiectum suum liberē, ergo ipsa non est non cognoscens sed cognoscens, sed in superiori parte animae in qua est voluntas, nulla potentia cognoscens nisi intellectus, ergo voluntas & intellectus sunt eadem natura. Major patet quia omne agens liberū habet iudicare de actu suo, aliquin non impudaret ei, & per eandē potentiam per quam est liberū habethaui modi iudicium, quia potentia non est libera ex hoc q̄ est in supposito libero, aliquin omnes potentiae hominis essent liberae quod nō est verum, sed suppositū est liberū quia habet potentiam liberam. Si ergo de ratione libertatis et habere iudicium sui actus, necesse est q̄ illa potentia per quam homo est liber sit iudicaria sui actus quod nō potest conuenire nisi potentia cognitiva, & hoc fuit maior, minor autem conceditur etiam omnibus, quare &c. Ex quo patet quod sequi cognitionem & non esse cognitionem nō sufficit ad hoc q̄ potentia sit libera, aliquin potentiae corporales motus in nobis essent libere, quia in actibus suis qui sunt currere, percutere & huiusmodi sequitur cognitionē libera, hoc autem est falsum, quia sunt purē seruiles obedientes rationi principiū desposito ut dicitur. Politic. ergo sequi cognitionem liberam nō sufficit ad libertatem potentie.

14. Quarta ratio talis est, si intellectus & voluntas essent diuersae potentiae absolute Deus posset causare velle in voluntate absq̄ hoc q̄ cognoscere præcederet in intellectu, & cōsequens est impossibile, ergo & antecedens. Quod consequens sit impossibile patet, quia si velle posset esse in voluntate absq̄ hoc q̄ cognoscere præcederet in intellectu, tunc possemus amare incognitā quod est impossibile sicut tractat Aug. lib. de Trin. n. cap. 2. & sic patet impossibilitas consequentis. consequentia autem probatur sic: Si intellectus & voluntas sint naturae absolute distinctae, tunc velle non dependet ab intelligere rāgā subiecto, nec tanquam à dispositione subiecti, quia quodlibet eorum habet aliud & aliud pro subiecto, neq̄ sicut à forma quia forma nō est forma, neq̄ sicut à fine quia in practicis velle non est propter cognoscere, sed potius conuenio. Si ergo dependent ab ipso hoc est solum sicut à causa efficiente, sed illam Deus potest supplerre, ergo Deus poterit causare velle in voluntate nostra absq̄ hoc q̄ cognoscere præcedat in intellectu.

15. Si dicatur q̄ velle dependet ad obiectū sicut ad suū terminum correlatiū à qua dependentia nō potest ab solui. Et ideo necessario præsupponit intelligere, quod ei ostendit & præsentat suum obiectū.

16. Non valet, quia correlatiū vt correlatiū nō præexistit tēpore vel natura, sed solum coexistit, correlatiū enim sunt simul natura & intellectu, & ita coextingit & simulat consitit in hoc q̄ proportionabiliter

### Sancto Porciāno

posita se ponunt, & perēpta se perimunt, & eo q̄ dicuntur ad finitū, propter quod ex eo q̄ velle se correlatiū habet ad suū obiectū solum sequitur q̄ si velle est q̄ aliquid sit volitū, & si aliquid sit volitū q̄ sit aliquid velle, sed q̄ volitū sit præintellectum vel cointellectū nullo modo sequitur ex ratione correlatiū, ex qua sola procedit initiaitia p̄dicta.

17. Si ergo oportet quod per intelligere præsentetur & ostendatur obiectū voluntati hoc nō est in quātū obiectum est suū correlatiū, quia si non potest procedere, sed iniquantū est motiuū ad volendum, quā motione Deus potest facere sine obiectu, & vt dictum fuit, & sic semper redibit propositū, scilicet q̄ deus poterit creare velle sine intelligere, & iūc pater quod si intellectus & voluntas sint dīū in tē naturae absolute Deus poterit creare velle sine cognoscere quod videatur impossibile. Si autē intellectus & voluntas ponantur esse vna natura & absolute, tunc de facili potest ostendī quare velle necessario præsupponit intelligere. Sicut enim quodlibet accidens non potest esse in quolibet subiecto, vt quātū vel albedo in an gelo, aut in intellectus in lapide, nec quodlibet accidens in tunc subiecto nisi prævia certa dispositione, ut motus natūrā deorum nō potest esse nisi in corpore habēte grauitatem, nec motus naturalis sursum nisi in corpore habēte levitatem, sic in illa natura absoluta quā mens dicitur non potest esse velle quod est quasi motus vel inclinatio voluntatis nisi præcedat cognitione quod est forma secundū quā menti conuenit inclinari, sicut per grauitatem vel levitatem conuenit corporibus moueri & inclinari ad certa loca.

18. Et si dicitur q̄ hoc idem potest saluari posito quod intellectus & voluntas sint distincta in absolutis, quia dīceretur q̄ voluntas nō est nec esse potest in anima nisi mediante intellectu, & per cōsequens nec velle nisi mediante intelligere, quia qualis ordo est inter potētias talis est inter actus.

19. Non valet, quia aut ordo inter intellectū & voluntatem est secundū habitudinem dispositionis subiecti ad accidens aut non. Si nō, nihil ad propositum. Si scilicet talis ordo nō potest esse inter actus, nisi diceretur q̄ intelligere est subiectū in voluntate & mediante ipso recipere tunc ipsum velle, quod nō potest dici ponendo illas potētias distinctas secundū absoluta, quia voluntas est intelligens cum in ipsa est intellectio, & per consequens ipsa est intellectus quod est oppositum positi.

20. Ad idem est expressa autoritas beati Augustini, de Trin. cap. 10. vbi dicit sic: haec tertia memoria, intelligentia & voluntas non sunt tres vitæ, sed vna vita, nec tres mentes, sed vna mens, nec tres substantiae, sed vna substantia. Memoria quippe quod vita, mens & substantia dicitur ad seipsum dicitur. Quod vero memoria ad aliquid relativa dicitur hoc de intelligentia quoq̄ & voluntate dixerim. Intelligentia quippe & voluntas ad aliquid dicitur, vita autem vnaquæq; ad seipsum & mens & essentia, quoq; circa haec tria eo sunt vnum quia vna vita, vna mens, vna essentia, & quicquid aliud ad seipsum singula dicuntur etiam simul singulariter non pluraliter dicuntur, eo vero tria sunt quae se ad seimicem referuntur. Item 12. lib. cap. 3. dicit intellectum nostrum & appetitum rationalem esse in vna mentis natura sicut ratione superiori & inferiore. De quibus certum est q̄ non differunt per naturas absolutas vt in principio sequentia, dicit idem Augustinus. Ex his ergo expresse patet quod secundum Augustinum haec tertia memoria, intelligentia & voluntas in nullo absoluto differunt, sed solum respectibus, & secundum hoc nullum expreſſor est in eis imago trinitatis q̄ secundum opinionem oppositionem.

21. Ad rationes alterius opinonis facile est respondere. Ad primam cū dicit quod potētia cum nominat principiū actus quod non potest esse folius respucus, verum est, sed cum dicitur quod principia diuersorum actuum differunt secundum aliquid absolute, hic dicendum est quod hoc habet veritatem quād actus nullum ordinem habet inter se, sed quilibet eorum sequitur immediate hebet ad potētiam. Nec vnu supponit alterum sicut videtur & audire, sed quando vnu actus supponit alterum quia sunt subordinati inuiticem, & diuersentes genera

Lib. I. Distinctio III.

re, tales actus possunt esse ab eodem principio absoluto ordine quodam, vel unus mediante altero, sicut sol per eandem lucem illuminat aërem & illuminando calefacit tales autem actus sunt intelligere & velle, et vniuersaliter cognoscere & appetere, propter quod possunt esse ab eadem natura aboluta.

22 Ad secundum rationem dicendum q̄ secundum vereitatem & intentionem Augustini tantum differt memoria ab intelligentia sicut intellectus à voluntate, q̄ autem philosophus nec sic fecit mentionem eorum diversitate, causa potest esse quia actus memorie si sit, tenere speciem, sicut quidam dicunt, videtur q̄ secundum genus esset communis rebus inanimatis quae aliquas formas in se retinent, propter quod minus videtur esse actus animæ quā intelligere & velle. Et ideo de differentia memorie ab intelligentia quae sit per respectum ad suos actus non curauit philosophus facere tantam mentionem.

23 R A T I O N E S principales quæ sunt pro hac conclusione concedendæ sunt. Ad rationes autem in contrarium dicendum, q̄ philosophus distinguit appetitum contra sensum & intellectum, non quia inter se differant per naturas absolutas, sed propter diversitatem actuum, qui cu[m] principientur ab eadem natura absoluta ordine quodam illa fortior nomina plurium potentiarum propter plura litterata actuum quorum est principium.

Q V E S T I O Q V I N T A .  
Vtrum ponendus sit intellectus agens in anima,

*Tho. i. p. q. 49. ar. 3.* Ad idem est intentio

*Aristotelis. 3. de anima.*

A D tertium sic proceditur. Et videtur q̄ necessarium sit ponere intellectum agentem partem animæ nostræ, quia operatio arguit formam secundum commentatorem, sed nos experimur nos abstrahere formas viles quod est opus intellectus agentis, ergo in nobis est intellectus agens.

2 Item obiectum præexistit actu potentiæ cuius est obiectum, sed velle est obiectum intellectus possibilis, ergo præexistit actioni intellectus possibilis, sed non poterit præexistere nisi fiat per operationem alius potentiæ animæ, quia res de se non est viles, nulli autem potentiae attribuitur, quod faciat utilitatē in rebus nisi intellectui agenti cui commentator attribuit hanc operationem super priam procenium de anima.

3 IN CONTRARIUM arguitur, quia si oportet ponere intellectum agentem, hoc est ut vel est per principium possiblum & recipiū actus intelligendi, vel ut est per principium actuum, propter primum non oportet, quia ad illud ordinatur intellectus possibilis, nec propter secundum, quia intelligere est operatio manes in agente, ut patet ex. 2. Metaphys. ergo non est aliud actuum à recipiō, quia intellectus possibilis sufficit & omnis alius intellectus superfluit.

4 R E S P O N S I O , quia potentia innescunt per actus, operatio etiā fecit formam vt assumptum est in arguendo, ideo si necessarium est ponere intellectum agentem hoc erit propter aliquam operationem eius necessaria ad actum intelligendi, operatio autem intellectus agentis non potest intelligi nisi in fantasmata vel nisi in intellectu possibilem, sed nec in fantasmata nec in intellectu possibili habet aliquam actionem vt declarabitur, ergo fictitium est ponere intellectum agentem.

5 Assumptum probatur quantū ad vtrāq; partem. Et primo q̄ non agat in fantasmata, quia si intellectus ageret in fantasmata hoc est ut aliquid imprimendo vel aliquid abstrahendo, sed intellectus agens nec imprimit aliquid in fantasmata, nec aliquid abstrahit ab eis, ergo nulla modo agit in fantasmata, minor probatur secundum duas partes quas habet. Et primo quātum ad primā partem, s. quod non agat in fantasmata eis aliquid imprimendo primo sic, omnis virtus que recipitur in corpore & nec ipsa nec eadem secundū speciem, potest esse nisi in corpore est mera corpore non obstante quod ipse sit esse etiā a spiritu creatus, vel increatus, sed quæcunq; virtus impressa phantasmatis ab intellectu agente est in corpore, vt de patet, & ipsa nec eadem secundum speciem potest esse nisi in corpore, quia in corpore & spiritu nulla est cōmuniis proprietas recipiēdī aliquid vnum & vniuersaliter.

& Quæstio. V.

27 cum, ergo illa virtus si qua est mera est corporea, sed per ralem virtutē non potest mouere phantasia intellectum possibilem cum sit pure corporea ea ratione qua non potest secundū se, ergo talis virtus frustra ponitur, cum tota ratio ponendi ipsa sit, vt ipsa sit phantasmatis ratio mouendi intellectū possibilem, maior patet quia de re est judicandum potius q̄ sit corporea vel incorpore, ex hoc quod natura rei requirit quām ex agēte extrinseco. Id est æquiuoco à qua quādōq; potest produci tam corporeum q̄ incorporeum, minor declarata est, quare, &c.

6 S E C U N D O quia si angelus nō potest in materia corporali imprimer formā immediate, videretur q̄ multo minus hoc posset intellectus agens, phantasmatum autem est quid corporeū, ergo intellectus agens nullā formā potest phantasmatis imprimer; & sic patet primum membrum minoris propositionis, scilicet q̄ intellectus agens non agit in phantasmata aliquid imprimente.

7 S E C U N D A pars probatur, scilicet q̄ intellectus agens non agit in phantasmata aliquid abstrahendo, vel remouendo, quia illa abstractio vel ester realis, vel secundū rationem, non realis quia talis realis abstractio, vel ester realiter separatio alicius praexistenti actu in phantasmatis, sicut abstrahitur vel separatur lapis ab altero lapide, vel sicut separatur accidentes à subiecto per corruptionem accidentis, vel alio modo virtute diuina, vel talis abstractio vocaret eductio alicuius de potentia ad actum sicut forma dicitur educi, vel abstrahi de potentia subiecti. Primum nō potest dici, quia nihil est actu in phantasmatis quod destinat in eis esse ad presenti intellectus agentis, nepp̄ per corruptionem negat per translationem ad intellectum possibilem tanq; prius est in phantasmatis & potest in intellectu possibili, quia forma non migrat de subiecto in subiectum, nec secundum potest dici, quia cūn aliqua forma educitur de potentia in actu, ipsa educita est in illo tanq; in subiecto de cuius potentia educitur. Si ergo intellectus agens de potentia passiva phantasmatum educerat aliqua formam sive ester species intelligibilis sive quæcunq; alia forma ipsa educita est in phantasmatis sicut in subiecto, & ita intellectus agens ageret in phantasmata aliquid imprimente scilicet formam illam quam educeret, & sic rediret primum membrum immediate prius reprobatū. Talis ergo abstractio non potest esse realis.

8 Item nec talis abstractio potest esse secundum rationem solum, quia omnis actio rationis est cognoscens circa cogniti obiectum intellectus, sed agens nō agit circa phantasmata sicut cognoscens circa cognita, quia nec in intellectus agens phantasmata cognoscit, nec sua actio est cognitio, immo presupponit omni cognitioni intellectus secundū ponentes ipsam, ergo sua actio circa phantasmata non est abstractio secundum rationem, nullo ergo modo agit in ea nec aliquid imprimendo nec aliquid abstrahendo, neque secundum rem, neque secundum rationem.

9 Item ad quid fieret talis abstractio, non vt representaret quidditas intellectui absq; conditionibus induviduantibus quod dicit ponentes intellectum agentem age se circa phantasmata abstrahendo.

10 Dicunt enim quod illud facit intellectus agens circa quidditatē & phantasmata separando, & abstrahendo ea secundum rationem quod dicebat Plato fieri circa ideas secundū rē. Et ideo sicut idea separata secundū rē ab indū materialibus est ēr secundū se intelligibiles vt posset Plato, sic quidditas secundum rationem à phantasmatis & conditionibus induviduantibus efficiunt secundū se intelligibiles ut isti dicunt.

11 Sed istud nihil valet, primo quia nullo modo ostendit quomodo intellectus agens separaret secundū rationem quidditatē à conditionibus induviduantibus sub quibus representatur in phantasmatis. Et ideo illa facilitate qua hoc dicunt potest etiā negari, maxime cum probatū sit q̄ talis abstractio non potest fieri per intellectum agentem cum actio eius circa quidditatem & phantasmata non sit intellectio.

12 Quod etiam patet secundo ex alio, quia stante rei impedimentois alicuius actionis impossibile est sequi actionem vt patet in trabe impediēte descensu lapidis, &

D 3 tene